



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

I. Proponitur Epiphaniij sententia de Origenis Tetraplis, Hexaplis, &
Octaplis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A I. **A** GAMVS jam de Tetraplis, Hexaplis, & Octaplis, Origenianorum operum omnium nobilissimis & laudatissimis : quorum rationem cum accuratissime Epiphanius tradiderit in libro De ponderibus & mensuris, hujus praeipue vestigia perfequi decet. Collegerat jam ante Adamantius Interpretationes Scripturae à Senioribus Septuaginta, Aquila, Theodotione, & Symmacho elucubratas. Quintam prae- terea & Sextam Editionem commodum naetus est, quas in angulis quibusdam occultas in- vestigasse ipsum & in lucem edidisse scribit Eusebius. Athanasius vero in Synopsi docet imperante Caracalla, in doliis Hierichunte repertam fuisse Quintam à studioso quodam ex iis qui erant Hierosolymae; Sextam vero sub Alexandro Mammæa Nicopoli ad Actium à quodam Origenis discipulo. Idem propemodum habet Epiphanius in libro De ponder. & mens. cap. 18. additque priorem è tenebris fuisse erutam septimo Caracallæ anno. Falli- tur Cedrenus, qui utramque Hierichunte inventam fuisse narrat.

Ex iis sex Interpretationibus, & Ebraico exemplari, Tetrapla sua, Hexapla, & Octapla Origenes concinnavit. Ac Tetrapla quidem, quæ Hexaplis tamen tempore posteriora fuerunt, quatuor constabant Editionibus per columnas dispositis, prima Aquila, secunda Symmachi, tertia Septuaginta Senum, & postrema demum Theodotionis. Interpretatio- nem ἥβ̄ tertio loco posuit, ut ad eam, quam omnium existimabat esse accuratissimam, reliquæ facilius exigi & examinari possent. Hexaplis hæ ipsæ interpretationes quatuor, eod- em ordine collocatæ, cum Ebraico exemplari, Ebraicis descripto literis, & eodem Græ- cis characteribus exarato continebantur. Prior occurrebat columna Ebraica Ebraice de- picta; at quæ contextum Ebraicum Græcis exaratum literis exhibebat, interpretationi Aquilæ proxime conjungebatur. Subjuncta autem post sex illas columnas Hierichuntina Editione, quam Quintam appellavit Origenes, & numeri quinarij nota insignivit; & post Hierichuntinam Nicopolitana, quam vocavit Sextam, & ἑκστὴς notavit, Octapla existebant. Hæc fere Epiphanius loco laudato: quæ ut clariora sint, primam Geneleos vo- cem, prout in Tetraplis, Hexaplis, & Octaplis disposita fuit, depingemus.

DIAGRAMMA

D TETRAPLORVM, HEXAPLORVM, ET OCTAPLORVM.

Exemplar Ebraicum, Ebraicis literis descriptum.	Exemplar Ebraicum Græcis elementis exaratum.	Aquila	Symmachus	Septuagin- ta	Theodo- tion	Quinta Editio Hierichuntina.	Sexta Editio Nico- politana.
E ⲓⲣⲁⲥⲁ	ⲉⲃⲣⲉⲥⲓⲃ	ⲉⲛ ⲛⲉⲑⲣⲁⲗⲁⲗⲓⲛ	ⲉⲛ ⲁⲓⲅⲏ̄	ⲉⲛ ⲁⲓⲅⲏ̄	ⲉⲛ ⲁⲓⲅⲏ̄	Desidera- tur	Desidera- tur.
		1	2	3	4		
TETRAPLA.							
1	2	3	4	5	6		
HEXAPLA.							
F 1	2	3	4	5	6	7	8
OCTAPLA.							

II. Hæc habet, inquam, Epiphanius in libro De ponder. & mens. cap. 19. præterquam quod spectat ad columnarum Ebraicarum situm : nam ex aliis quibusdam Epiphani- j locis existimare possit aliquis contextum Ebraicum Græcis notatum characteribus priore loco fuisse. Hujusmodi ille est ex Har. 64. cap. 3. Ἔθεν τὸ πρῶτον ἀπὸ ἑπτακτῶς ἐφ' ἡμῶν τὰ συν- ἀραγῶν ἡ ἕξ ἑρμηνεύων, οὐκ ἴσα, συμμάχεια, ἡβ̄ τὴν ἰεθουαῖοντα δὴν, καὶ θεοδοτίωνον, πέμπτης τε καὶ ἑλίας ἐκδόσεως, καὶ ὡς αὐτοῦ δέσποτος ἐκδοσεως ἰεζῆσις λίξιος ἰεθουαῖος, ἡ ἄντ' ὅμοι ἡβ̄ σοιχίαν. ἐκ ὡς ἀλλήλου ἡ ἀπικρος διὰ τὴν ἀλλήλου καὶ σὺν δέσπον ἰεθουαῖου καὶ τῇ λίξιος ἰεθουαῖου δὴ (sic enim lego, non ἰεθουαῖου) τὸ γράμματι ἰεθουαῖου πάλιν πεπύκει σὺν δέσπον. Unde primum studuit in unum